



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 187. De Meresuitæ traditione bonorum in villa Osdageshusen in pago  
Suilbergi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno quid ibi habuit ad reliquias sc̄orum martyrum stephani atque uiti testes hran-  
854 usque 877 re-  
gnante  
Hludo-  
nico et

§. 187.  
Tradidit meresuit et filia eius siburg in *osdageshusen* (I) quidquid ha-  
buerunt testes isiger *billung* (K) buni adaldach et alii XV.

§. 188.  
Tradidit *fritheric* in *derlingi* (L) in villa *lauringi* colonum unum  
testes had uolbertus abbo odo et alii tres.

§. 189.

nonis ducis nepos ex fratre fuisse videtur. Hæc autem obseruatio facit ad con-  
firmandam sententiam nostram, quam supra §. 106. de *Bodikone*, *Saxonum re-  
ge*, protulimus. Cum enim *Bodo* et *Bodiko* vnum idemque nomen sit, quod  
nemo facile negabit, *Bodiko*, *dux Saxonum*, plane effectus esse non videtur. In-  
ter progenitores Brunonis ac Widekindi ducum potius extitisse eum, verisimil-  
limum erit, quia olim illustribus familiis in maximis erat deliciis, et id cura e-  
rat, ut nomina progenitorum suorum omni modo conservarentur. Obseruato  
dignum præterea esse putamus, quod in *Vita Meinwerci* episcopi Paderb. T. I.  
S. R. B. Leibn. p. 535. ille, qui mansum vnum in *marcha Liftingun* cum omni-  
bus rebus ad eum attinenter circa annum 1020 ecclesiæ dedit Paderbornensi,  
*Ethelhardus* appellatur. Quemadmodum vero *marcha illa Liftingun* in regio-  
ne villa nostræ *Liftingen* extitisse videtur, quippe quæ terminus Angaria occiden-  
talis in eadem regione esse poruit: ita *Ethelhardus* ille videtur fortasse nostri *Bo-  
donis* pronepos esse. Id probabiliter facit ad corroborandam nostram coniectu-  
ram. Auguramus enim, fuisse inter progenitores Brunonis ducis ducem quen-  
dam Saxonum *Ethelhardum*, de quo egimus supra §. 161. Quamvis enim fa-  
cile dermus, hoc tantum nisi coniectura nostra, indicandum tamen esse illud, ar-  
bitrati sumus, sperantes, doctis quibusdam id coniecture non ingratum fore,  
ac tempore futuro documenta quædam in lucem proditura esse, quibus hæc ipsa  
coniectura in maiorem lucem euphoratur.

De villa  
Osdages-  
husen.

(I) *Osdagehus* villa erat, testante nostro Registro, in pago *Suilibergi*. In membra-  
nis aliis scribitur eadem modo *Odagehusen*, modo *Odefhus*, modo *Odeffen*, et  
tandem *Odaffen*. Reperitur villa isthæc hodie in ducatu Grubenhagen sub præ-  
fectura Rotenkirchen. Ipsa vero olim erat pars comitatus Dasselensis, in quo  
pagum *Suilibergi* extitisse, iam supra §. 167. demonstrauimus. *Meresuit* ig-  
nitus eiusque filio *Siburg* Northeimensisibus seu Dasselensisibus comitibus, quorum  
vna eademque origo fuit, annumeranda videtur. Fuisse autem *Meresuit*  
stirpis Brunonianæ, in nostra *Historia Corbeiensi* e quadam membra-  
na, quam olim e manibus bibliopegi Pilgers in vrbe Huxaria extorsimus,  
probabilissimum reddemus; et qua apparebit, *Luitardum*, episcopum Pader-  
bornensem tertium, qui Badurado e vita mortalium sublatu anno 860 succelsit,  
fuisse huius *Meresuit* filium. Hic *Luitardus* cum sorore sua *Walburg* splendi-  
dum Herisiense virginum sacrarum monasterium in episcopatu Paderbornensi  
condidit, atque e bonis paternis dotavit. Vnde colligi poterit, cuiusnam fuerit  
familia illa Dei ancilla in eodem monasterio Herisi constituta, quæ episcopi  
*Luitardi neptis* appellatur; et ad quam Rimbertus monachus Corbeiensis et archiepiscopus Hamburgensis epistolam, bone frugis plenam, scripsit, quæ exstat  
in *Vita Rimberti* p.m. 747 seqq.

De Bil-  
lingo.

(K) *Billing* an filius Bennithi comitis, et nepos Amalungi, fatoris familie ducalis Bil-  
lingana, fuerit, disquirant ali.

De origi-  
ne fami-  
liarum  
Sommer-  
schenbur-  
gicæ, Sup-  
plinbur-  
gicæ,  
Walbec-  
censis at-  
que An-  
haltinæ.

(L) *Pagum Derlingi* extitisse in ducatu Brunswicensi, et quidem in præfecturis Cam-  
pen, Königslutter, Supplinburg, Schöningen, Hessen et Wolffenbuttel, iam  
supra §. 15. indicauimus. Eadem in regione, et quidem inter Born, Roten-  
kampe atque Vhri vicos, et oppidum Königslutter, inuenitur vicus *Lauringen*,  
quem per *Lauringi* villam designari rectissime statuitur. Colonus autem, quem  
tradidit *Fritheric* cum aliis bonis Corbeiensisibus, in pago *Derlingi* olim conspicuis,  
anno 888 Ottoni comiti, patri Heinrici auxupis, aduocato abbatia nofræ, a  
Bouone abbate traditus est, testante autographo diplomate serenissimi regis Ar-  
nolfi